

Primum.

desiderabilis. In ipso siquidem plenitudo gratiarum: vniuersitas miserationum. Inerhaustus fons pietatis. Abfluenta tota spiritualis vnguenti. Qui omnia solo verbo et corpora creat et ipse: cui de sola voluntate celeris superat efficietia. tam creatiois rebus quam orationis potest voluerit. Vallet cui vult quantum vult prestat et absque corporali officio obsequio ve mēbroz. Qui solus cum docet angelum siue hominem sciam: instrumentum non querit nostre corporis auri: sicut nec sibi oris. Per se infundit: per se innouescit: purus caput a puri: solus nullius inuiget: solus et sibi et omnibus de sola omnipotentis voluntate sufficiens: Cuius omnipotentis arbitrio incūctanter prestat omne opus. omne alium inclinatur: omne aduersum cevit: omne creatum fouet: etiam nullo interueniente solatio corporali siue spirituali. Docet vel monet sine lingua. prebet vel tenet sine manibus: sine pedibus currit et succurrit petentibus. solo spirituali nutu cum vult ad quem quis vult agenda ostendit: Solum deo idem est facere quod loqui. idem loqui quod velle. Siquidem apud deum nec verbum distinet ab intentione quia veritas est. nec factum a verbo quia virtus est: nec modus a facto quia sapientia est. Veritas. caritas. eternitas. Beata et beatificans trinitas: Veritas exultatio preteriti. exilium finis: Tres vera libertas: tu vita. tu gloria: tu sufficientia. tu beatitudo: tu perfecta et sancta voluptas. et

requies spirituum beatorum.

Capitulum. De eo quod unum est

deus. Super cantica sermone. lxxv.

Habet in natura simplicissima dei diuinitas quasi vnum respicere multos: et quasi multos vnum: Nec ad multitudinem multus erit: nec ad paucitatem paucus: nec ad diuersitatem diuersus. nec restrictus ad vnum. nec anxius ad curas: nec perturbatus seu turbulatus ad sollicitudines: sic sane vnum intensus ut non detentur: sic pluribus ut non distentur. Sola summa et increata natura que est deus: hanc sibi vnum dicat meram singularemque sue essentie simplicitatem: ut non aliud et aliud: non alibi quocumque et alibi: sed ne modo quidem et modo inueniat in ea. Nepe in semet manens. quod habet est: et quod est semper et vno modo est. In ea et multa in vnum. et diuersa in vno rediguntur: ut nec de numerositate rerum sumat pluritatem: nec alteratidē de varietate sentiat: Loca omnia continent: et quecumque suis ordinat locis: nusquam contenta locorum Tempora sub ea. transeunt: non ei. futura non expectat: preterita non recogitat: presentia non experitur. Vnum in deo sunt: et cum deo. magnitudo: bonitas. iusticia. et sapientia. Nec enim aliunde bonus quam vnde magnus: nec aliunde iustus. aut sapiens quam vnde magnus et bonus: nec aliunde denique simul hec omnia est quam vnde deus: et hoc quocumque non